

THOMÆ LINDEMANNI  
J. D. & Academiæ Rostochiensis  
Professoris ordinarij.

SYNOPTICA EXEGESIS.  
CONTRACTUS  
MUTUI

Succinctas ac dilucidas decisio-  
nes, & Resolutiones Quæstionum variarum  
ad hanc materiam pertinentium, & inter alias moneta-  
riarum, conclamato hocce cauponio seculo, ma-  
gno Reipubl. malo controversarum  
exhibens.



ROSTOCHI

---

*Prostat in Bibliopolio Hallervordiano sub  
incudem Anno 1629. Revocata.  
Typis Joacb. Pedani.*

SYNOPTICÆ  
EXEGETICÆ

CONTRAC-  
TUS MUTUI.

CAPUT PRIMUM.

Definitionem & Caussam ef-  
ficientem exhibens.

*Autore*

THOMAS LINDEMANNO


Juris Doctore & Professore in Academia  
Rostochiensis Ordinario.



ROSTOCHI

Aput Johannem Hallervordium Bibliopol.

ANNO M. DC. XXVI.





# Dissertatio I. DE MUTUO.

**C** Raviter *¶* *C*tus Paulus in l. legavi ff. de liberat. legat. monet, ea imprimis esse discenda & discutienda, quae cotidianas sunt. Quo respiciens Udalricus Zasius in l. jura ff. de LL. scite & eleganter ait, Juris Studiosos eas juris partes excolere vel maxime oportet, quarum cognitio ad usum forensem spectat, quaeq; *¶* *Ἰν τῷ πλάτῳν non παρὰ τὸ λόγῳ* utilia esse queant. Si vero Politiae legitime constitutionem & eam conservantis Justitiae distributivae & commutativae effectum usumq; fori spectemus, nullus inter omnes contractus utilior, jucundior magisq; necessarius quam mutui contractus occurrit, cujus beneficio homines necessitate postulante invicem se sublevant. Dando namq; & accipiendo, teste Tullio mutuandisq; facultatibus efficitur, ut nullam re indigeamus. At inter alios Contractus vix ullus litium fertilior mutuo est. Cum enim *MEUM & TUUM* ut Plato aiebat omnium controversiarum verum sit seminarium, & mutuum accipientes saepiusculè beneficii accepti immemores, mutuantes verò in exigendo rigidiores esse soleant, rerumq; mutuò datarum aestimationes ob pecuniarum realiter vel imaginativè crescentem decrescentemvè valorem varia & incerta sint, hinc controversiarum uberrimam segetem enasci cotidie experimur. Ideò operam non ludunt, qui mutui doctrinam accuratius indagant & examinant.